

Simon Petrus (mortuus scilicet anno 65) unus ex XII apostolis erat, qui Iesu Nazareno dum vivit secuti sunt. De vita eius imprimis in Novo Testamento traditum est.

Secundum Marcum evangelistam (Mk 3,16) nomen eius erat Simon, patris autem Jona, secundum alios patris nomen erat Joannes. Cognomen Petrus Simoni a Iesu honoris causa impositum est expressio muneris. Petrus in lingua Graeca petros dicitur, quod est aramaeice Kepha.

### **Petrus in Bibliae Novo Testamento**

Petrus cum fratre Andrea in Betsaida habitabat (Ioh 1,44). Posterior in Kapharnaum prope lacum Gennesaret Galilaeae transiebat. Possidebat casam Kapharnaum, ibi habitabat cum socra (Mk 1,30-31, Lk 4,38). Cum fratre laborabant pescatores.

Secundum Ioannem Petrus discipulus erat Ioannis Baptistae. Andrea Iesum Messiam agnito fratrem ad Iesum ducebat (Ioh 1,41s.) Diem cum Iesu agebant et Simon Petrum nomen accipiens Iesu sequebatur.

Inter apostolos Simon Petrus primas agebat. Omnibus in summariis apostolorum primus est, cum Iacobo et Ioanne Petrus est apostolus qui Iesu vicinissimus erat. Tamen difficile est, characterem describere.

Cum primo Iesum Christum appellaret, ab illo acriter admonitus sit: "Vade retro, Satana!" Petrus – ut Satanas in deserto (Mt 4,1-11) – temptaverat, Iesum a via passionis deducere (Mk 8,31ss). Postea negabat lavationem pedum (Ioh 13,6-9). Discordia demonstrabat in tempore captivitatis et crucifixionis per consilia, praepropera acta, negationem se Iesum novisse. Iesu resurrecto apparebat Petro et aliis et mandatum renovabat.

Se abscondit cum CXX discipulis Hierosolymi. Secundum narrationem biblicam die Pentecostis vis sancti Spiritus in terram veniebat (Apg 2), quocum Petrus captus tenebat efficacem homiliam. Ideo in illo die convertebant MMM homines et novam fidem confitebantur. Ita comunitas Christiana Hierosolymensis exorta est.

Discordia iterum demonstrabat, cum discrepantia Iudaeorum traditionalium causam prae concilio provocaret: non negabat fidem, sed libenter confirmabat. Non autem firmitatem conferebat a tergo Christianorum gentilium stare (Gal 2,11s.). Hac de re a Paulo grave reprehendebatur. Iam de Apg 10,13s. videmus, solum cum labore a traditionibus iudaeis se solvere posse. Sed apprehendebat fidem, evangelium et Iudaeis portare et convertebat primum gentilem Cornelium centurionem. Tunc Christianos Iudaei originis hiscum rebus persuadebat. Petrus cum Iacobo et Ioanne a Paulo columna ecclesiae Hierosolymitana putatus est.

Patriarchatae Hierosolymae Antiochiaeque constitutionem earum ad Petrum apostolum deducunt. Novum Testamentum nos autem facit censere, Iacobum Iustum rectorem fuisse. Ille secundum scripturas antiquas a Petro et Ioanne et Iacobo ducem elegebatur. Hac re Petrus videri potest constituens et dux primus comunitatis principalis. Commoratio Romi morte per martyrium ad circum Neronianum vel Vaticanum finem facta est. Prope sepultus est, ubi nunc, super Petri sepulcrum erecta est basilica Vaticana. Romani episcopi ministerium hinc refert. Ideo mox negabatur Petri commoratio Roma, reformatores et argumenta historica adducere volebant.

Quodcumque sit Novum Testamentum iter Petri Romam factum ignoscit. Iesus ei martyrium vaticinaretur, nihil autem de circumstantiis. Si Petrus Roma fuisset, dicitur, de re in Novo Testamento narrari deberet, exempli causa in litteris a Petro scriptis aut in Pauli litteris ad Romanos.

Tamen Clemens Ignatiusque auctores Christiani commorationem Petri Romi iam circa saeculum 2 comune notum factum testantur. Secundum eos circa annum LXV martyrium passus est, et in persecutione Neronis imperatoris cum multis aliis caput infra crucifixus est.

Cum Sepulcra Petri et Pauli Romi putabantur, alii Christiani ecclesiam Romanam et episcopum honorem tribuunt. Gaius quidam presbyter in litteris scripsit locum sepulcri tropaion, locus iste non certe notus est. Pio XII sedente excavationes sub basilica fiebant et reperiebatur locus maxime veneratus et in lapide inscriptiones graecae Petros eni (Petrus hic est).

### **Episcopus Romanus**

Praeter dictionem commorationis Petri Romi est traditio Petrum ecclesiam Romanam episcopum fuisse. Haec traditio solum saeculo II commemoratur. Traditio altera Romanam ecclesiam simul a Petro et Paulo constitutam esse vult, Hieronymus postremo Petrum XXV annos sedisse. Opinio Hieronymiana autem contradicit Novo Testamento, quod Petrus annum XL gerens non Roma fuisse poterat.

### **Confirmatio biblica ministerii Petrini in ecclesia catholica**

Traditio catholica aestimat Petrum primum episcopum Romae esse et antistes universalis ecclesiae catholicae. Provocat ad verbum Iesu quod Petro dixit sicut Mattheus evangelista tradidit: "*Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalent adversum eam. et tibi dabo claves regni caelorum et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum in caelis et quodcumque solveris super terram erit solutum in caelis.*" (Mt 16,18s.)

Ecclesia catholica ministerium peculiarem Petri ducet et confirmat dignitatem Summi Pontificis, vicarii Christi in terra et rector ecclesiae universalis. Auctoritas Petri per successionem Apostolicam in omnes successores Romanae cathedrae transit.

**Veneratio**

Memoria vel solemnitas sanctorum Petri et Pauli apostolorum est dies XXIX mensis Iunii. Patronatus multarum ecclesiarum ac civitatum testantur vivam venerationem, imprimis basilica Vaticana, cathedrales Ratisbonensis et Coloniensis; civitas Roma, Treverorum et Posen.